

Hispalen. Decimarum.

Reu. Pl. Quoad secundum punctum Collegia Societatis Iesu esse verè & non fictè, ex natura propria, & non ex fictione Iuris, hoc est communicatione, Mendicantiæ, Collegia Societatis esse mendicantiæ, patet observato toto tenore Bullæ Pij Papæ V. anni 1571. quæ est in Bullar. impresso in ordine 131. & datur pro Sum. num. 2. & fuit canonizata per sententiam diffinitivam Reverendæ Cæmeræ Apostolicæ per extensum datam pro Summario in tertia positione sub num. 5. Hoc enim observari potest in eisdem Bullæ prohemio, in enunciatiua, dispositiua, & conclusionem examinando singulas illius partes, vt fecimus de litteris, Leonis.

S. 36.
Collegia Societatis esse mendicantiæ.

Ex prohemio quidem quia hæc Bulla emanavit indistinctè ad favorem totius Societatis, vt comprehendit omnia membra illius Vnde incipit *ab utilitate quam Reipublica Christiana afferunt Presbyteri illius Societatis*, & à benignitate Sedis Apostolicæ pro comodo eorum quæ paupertatis voto pro eos emissæ conferunt, sed non solum Professi, & Coadiutores, verum etiam Scholares hanc Reipublicæ Christianæ afferunt utilitatem, quippè, & ipsi quoque mundi illecebras reliquerunt, Seruatori suo dedicauerunt, hæc saurps conculcauerunt, lumbos præcinxerunt, Orientales & Occidentales Indias penetrarunt, sanguinis proprii prodigi fuerunt, Verbum Dei prædicarunt, Martyrio voluntario se supposuerunt, ac etiam paupertatis voto se obstinuerunt, ergo illos etiam tangit huius dispositio Constitutionis.

S. 37.

Ex narratiua etiam in qua ponitur definitio Mendicitatis, quæ toti Societati applicatur, ibi, *Ipsa Societas Mendicans existit, quippè qua ex eius Institutio, & Constitutionibus Apostolicæ auctoritate confirmatis bona stabilia possidere nequit, sed incensibus elemosynis fidelium largitionibus, & subventionibus vivit*, quæ verba desumuntur ex cap. unico S. confirmatos de relig. Dom. in 6. Vnde gloss. in c. unico v. Mendicantes de excessibus Prælatorum in cod. 6. sic. Hi mendicantes dicuntur, quibus victum tribuit in cerâ mendicitas, & qui redditus aut possessiones ex regula, vel constitutionibus habere non possunt.

S. 38.
Definitio mendicantis applicatur Societati.

Cum igitur Papa de Societate indistinctè loquatur, & ei competere dicat mendicantis definitionem, vtique sequitur, quod tam Collegia, quam Dômus professæ, ac omnes de Societate mendicantes existant, eo quod ex vi Regulæ, & Constitutionibus

S. 39.
Omnes de Societate sunt mendicantes.

bus Apostolicis, omnes sunt incapaces reddituum, ac possessionum, & omnibus victum præbet incerta mendicitas cum omnibus de elemosynis, largitionibus, ac incertis subventionibus vivant, vt mox declarabimus.

S. 40.
Mendicitas Satisfactis ex natura rei.

Et quod hæc definitio Societatis verè competat, & ex natura rei patet ex illa paritè quippe ostenditur, ac si diceretur, quia, quæ stat causatiuè, & reddat rationem de contentis in dispositiua, vt ex *l. Hac ad i. ff. de column.* ac alijs iuribus probant nostri in quarta positione.

S. 41.
Controversia de Collegijs.

Sed quia videtur, quod hæc definitio non competat Collegijs, quippe quæ videntur habere possessiones, & redditus certos, nec videntur viuere de incertis elemosynis, & propterea videtur posse in controversiam deduci, an ipsa Collegia sint verè Mendicantia, Ideo Pontifex hanc ambiguitatem omnino amputare velle profretur per præsentatas litteras Apostolicas, ex quo deducitur, quod huiusmodi litteræ non sunt consecræ ad concedendam ex privilegio Societati, seu ipsius Collegijs Mendicitatem, sed solum ad amputandam ambiguitatem.

S. 42.
Bulla Pij non cõcedit Collegijs, quod non habebant, sed declaratur, quod habebant.

Vndè supponit Papa, quod iam erant tunc Collegia essent Mendicantia ex natura propria, & quod ipsis conveniret Mendicitatis definitio, sed quia hoc non erat tam clarum, ideo emanarunt hæc litteræ ad amputandam ambiguitatem, hoc est ad declarandum Collegia esse verè ex natura propria Mendicantia, & sic hæc Bulla non est concessio, nec per modum concedendi, quod non habebant, sed declarationis, & per modum declarandi, quod antea illis ex natura rei inerat, & habebant, & notoriè est illud *omnino*, quod importat omnem casum *R. in. cons. 133. num. 8. lib. 2.* Vndè si adhuc ambigeretur an Collegia sint mendicantia, non esset ablata omnino ambiguitas, & sic Bulla fuisset frustra.

S. 43.
Papa declaravit Collegia esse mendicantia.

Ex his apparet quod Domini ex aduerso suscitant dubitationem iam à Pio V. sublata: sciebat enim Papa Collegia habere bona, sciebat Domos Professas esse in ærissima paupertate, sciebat dubitari, an societas esset Mendicans non propter domos professas, sed propter Collegia, & nihilominus declaravit, non obstantibus præfatis, Societatem esse mendicantem, ergo per consequens declarat ipsa Collegia esse mendicantia, alias nihil declarasset, & Bulla pro vento fuisset.

S. 44.
Vnde motus fuerit ius ad declarandum Collegia esse mendicantia.

Quæri potest cur hanc fecerit declarationem, & Respondetur, quod ratio in Bulla non apponitur, sed fortè fuit motus, quia alij Mendicantes, licet habeant bona in communi, vt Prædicato-

catores &c. nihilominus ex definitione Ecclesie ralia bona non
 præiudicant eorum mendicanti, vnde sic etiam voluit ipse
 definire de Societate, & eius Collegijs: Hoc potest suaderi ex
 eo, quia hanc rationem tangunt Madoffius Rodericus, Gabriel,
 & alij ante Bullam Pij V. in præcedentibus positionibus ab hac
 parte adducti, & licet illi videantur loqui dubitativè, hoc fuit
 quia nondum emanaverat illa declaratio, quæ ex doctrinis il-
 lorum emanare potuit, verum post dictam Bullam Suarez,
 Sanchez, & alij multi à nostris in eisdem præcedentibus alle-
 gati absolutè, & sine dubitatione ponunt Collegia, & Schola-
 res esse verè mendicantes, quia omne dubium per Bullam Pij
 iam fuerat sublaturum.

Et hoc conuincitur ex obseruantia subsecuta, quia semper Col-
 legia Societatis reputata fuerunt post istam Bullam Mendica-
 tia, ac pacificè omnibus priuilegijs Mendicantium gauisa fue-
 runt, quæ quidem obseruantia, & consuetudo interpretantur
 ipsam Bullam, ac per consequens declarat Collegia ipsa semper
 fuisse, & esse mendicantia *ad text. in l. si de interpretatione ff. de
 legib. c. cum dilectus de consuetud.*

Et hinc excluditur id quod dicitur ex aduerso, nempe Collegia non
 esse Mendicantia, quia actu non mendicant, quia ratio men-
 dicitatis est, quod ex propria regula non possint habere bona,
 licet postmodum ex concessione Apostolica bona illis permit-
 tantur, alias nec Prædicatores, nec Conuentuales &c. essent
 Mendicantes, vt fusè deductum fuit in tota quarta positione,
 & nihilominus, nec Collegia habent totum id, quod habent
 Patres Prædicatores, & Patres Minores, quia Collegia non
 possident quicquam nomine proprio, non habent ius succe-
 dendi, non habent actum vllum positium dominij, sed nec
 administrationem, vnde cum non habeant liberam potestatem
 alienandi, & disponendi ad libitum, tanquam de re propria,
 sequitur quod sint omninò pauperes, & mendicantes, vt ex
 Hondedeo, & alijs fuit probatum in eadem quarta positione,
 habent etiam incertam mendicitatem, quia non pro libitu,
 sed incertè viuunt ad nutum, & voluntatem Patris Generalis,
 qui omnimodam habet administrationem, & nunquam ipsa
 Collegia possunt reduci in actum practicum disponendi de
 quicquam pro suo libitu, & in hoc consistit vera mendicitas,
 vt fusè in prædictis positionibus tertia, & quarta fuit proba-
 tum.

Hoc euidentius apparet arguendo à toto ad partes, vel à nobiliori

S. 45.

Obseruantia sub-
 secuta interpretat
 Bullam.

S. 46.

Probatum Médi-
 cibus Collegio-
 rum.

S. 47.

Argumenta à ma-
iori, vel nobiliori
parte.

parte ad totum, quia si tota Societas est Mendicans, ergo & Collegia cum sint membra Societatis sunt Mendicantia, & si Domus professa Societatis, quæ sunt nobilior pars, & tanquam caput sunt Mendicantes, ergo & Collegia, quæ sunt inferiora membra sunt mendicantia, similiter maior pars trahit ad se totum, 1. Quod maius est, ad minus, & mixta assumunt naturam à nobiliori, seu potentiori, c. Quod in dubijs de concessione Eccles. vel Altarium, Item caput Societatis hoc est Praepositus Generalis est mendicans, vt ex Constitutione Pij. V. ergo ea membra, quæ membra sunt illius naturam habent, & Caput hinc diuersis ff. de rel. & sumpt. funerum, alias sequere: vt, quod duo corpora essent sub eodem capite, quod est monstruosum cap. Quoniam de offic. ordinarij extr. aug. Nam Sanctorum: vrsi igitur de maior. & abedien.

S. 48.

Exempla super
premissis.

Habemus multa exempla; In Baptismo abluitur solum caput, nec propterea dici potest, quod totus homo non sit ablutus, sic in Minoribus de obseruantia, licet habeant bona pro fabrica, vel pro Ecclesia, vel redditus pro sumptibus Capitulum, & in Carmelitis discalceatis, licet Collegia redditus habeant, non derogatur eorum paupertati, sic in Societate, licet Collegia habeant redditus pro sustentatione Scholarium non dicitur derogatum eorum paupertati, & mendicanti, quia ex regula, & Constitutionibus Apostolicis mendicantem habent, & permissione, postea Collegijs conceditur habere bona si non posterioritate temporis, saltem posterioritate naturæ, vt in precedentibus latè probatum fuit.

S. 49.

Collegia sine red-
ditibus possunt
fundari.

Et ad tollendum omnem ambiguitatem, & ne dicatur ex diuerso, nos niti argumentis Metaphisicis, dicimus ex eisdem Constitu- tionibus clarè apparere Collegia etiam sine redditibus posse fundari, & quod aliquando de facto fundantur sine ipsis, vnde 4. part. constit. c. 2. §. 6. dicitur in Collegijs, quæ sufficientes habent redditus, non petantur eleemosynæ, si verò Collegium egeat, tunc eleemosyna peti, & ostiarim emendicare poterunt: & Congregatio Generalis 2. canone 7. statuit ne plures teneantur in Collegijs, quam alij possint suè ex redditibus, siue ex eleemosynis, & Decrero 71. dictæ secundæ Congregationis, quod quando Collegium non est sufficienter dotatum, Collegiales interim ex eleemosynis viuunt, & exemplificat de Collegio Maioricensi, & in terminis presentis controuersie in Diocesi Hispalen. sunt sex Collegia, quæ actu de eleemo- synis viuunt, vnde est absolutè falsum, quod Collegia sine reddi.

redditis fundari non possunt, & quando dicit Suarez Collegia non posse fundari sine redditibus intelligendus est de congruo non autem per necessesse.

Alienus notorium est, quod quando dicitur, quod mendicitas probatur ex Instituto, aut regula, illa regula, & Institutum denotat, id quod in tota, ac digniori parte Religionis obseruatur, non autem quod in aliqua illius parte, vnde cum tota Societas, & dignior illius pars sit ex regula in arctissima paupertate, licet Scholares, & Collegia non haberent illam (quod negatur) adhuc tamen dicitur secundum regulam in paupertate esse fundata, & hinc videtur consentire Constitutio Bonifacii Octauo in Bullario tom. 1. quae incipit Ad consequendam. Regula enim non dicitur huius, vel illius contentus, sed totius ordinis, vt praedicatorum Minorum &c. *cap. exigis. S. Regula de verborum significat. in 6.*

S. 50.
Regulae totius ordinis non praedicitur per particularas.

Est exemplum de Infirmitate Minorum de obseruantia, quae potest habere annuos redditus pro necessitatibus infirmorum. *Rodrig. quaestionum Regular. tom. 2. quaest. 126. art. 4.* & tamen non potest dici illam Infirmitatem, & illos infirmos non esse Mendicantes, ita pariter, licet Collegia habeant redditus, non ideo dici possunt non esse mendicantia &c. cum Societas vniuersalis sit mendicans.

S. 51.
Exemplum sine praefatis.

Præterea finis Religionis, ac status illius debet attendi, & ab illo omnes, qui sunt in via denominationem accipiunt. *ex. Diu. Thoma 2. 2. quaest. 188. art. 1.* in corpore; cum igitur finis Societatis sit arctissima paupertas qualis est in Domibus professis, patet quod Scholares, qui sunt in via ad hunc finem, denominationem ab illa habent, etsi verum est de Nouitijs aliorum mendicantium, quod sunt mendicantes, vt Nouitij Cappucinorum &c. *c. Religiosi S. quamuis autem de sent. excommunic. in sexto gl. Magna in c. Beneficium post medium vers. isemialis de regul. in 6.* multo magis erit verum de Scholaribus Societatis, qui sunt in gradu altiori, quam Nouitij.

S. 52.
A fine Religionis desumitur nominatio.

Præterea omnes personae Societatis *par. 6. Constit. c. 7. §. 10.* debent esse paratae ad mendicandum hostiatim, si necessitas aut obedientia id exigat, & omnes iubentur peregrinari sine pecunia, & missiones obire sine viatico, ergo omnes absolute sunt mendicantes, cum mendicitatis, & paupertatis perfectio in hac animi preparatione magna ex parte consistat, *S. Thom. 2. 2. 184. art. 7. ad primum.*

S. 53.
Ex preparatione animi omnes de societate sunt mendicantes.

In Constitutione Patrum Carmelitorum discalceatorum part. 2.

S. 54.
Exemplum de
Cōuentibus mis-
sionum Patrum
Discalceatorum.

S. 55.
Exemplum de le-
gato pio.

S. 56.
Declaratio nihil
innouat.

Declaratio facta
à Papa est stā-
dum.

S. 57.
Mēdicitas habet
latitudinem, &
ad Papam illam
ipsecta: declarat.

C. 16. S. 1. Statuitur quod Cōuentus missionum habeant red-
ditus suos, qui nullo modo possint in alios vsus conuerti,
quam in sustentatione ipsius Cōuentus, & alia ad vsum mis-
sionum, ardentia, & nihilominus Clemens Papa Octauus de-
clarat ipsum Ordinem mendicantem, pœna excommunicatio-
nis apposita, si quis contrarium assereret; si quis igitur diceret
aliquem Cōuentum missionum illius Congregationis non
esse verè mendicantem, dubio procul excommunicationis pœ-
næ subiaceret, ita à simili dici posset de Collegijs Societatis,
si pœna simili à Pio V. fuerit apposita.

Est etiam exemplum de legato pro alendis mendicantibus facto:
tales enim mendicantes non habent ius ad bona legata, sed nec
administratores, si pro executione dicti legati dati essent, quia
illa bona quæ administrant non possunt in proprium vsum
conuertere, vnde etiam Religiosus mendicans, & Cappuccinus
potest esse illorum bonorum administrator absque pau-
pertatis, & mendicitatis detrimento, sic de bonis Collegij So-
cietatis, nec Scholares habent dominium, nec Generalis; sed
Scholares aluntur ex illis, & Generalis, nec obulum pro se re-
tinere potest.

**Hoc manifestum apparet ex dispositiua in illius verbis Motu pro-
prio &c. illam & illius Præpositum, & singulas personas Societatis
huiusmodi verbis, & non sicut mendicantes fuisse, esse, & fore
supplè. declaramus, & sanè verbum declarare innuit mendici-
tatem inesse Religioni ex natura propria, & ex proprio institu-
to, nihil enim innouatur, vt docet glossa in c. 2. ver. declaramus
de decimis in 6. l. heredes palam S. Quod verò & S. sed essi ff. de
testam. & hoc procedit, licet hoc verbum sit vnitum cum ver-
bo statuumus, vt ex præfato cap. ex multis adductis probatum
fuit in tertia positione à nostris; Declarationi autem factæ à
Papa est omnino stāndum, & nephas esset aliter interpretari,
vt ex Angelo cons. 272. & aliis ab hisdem nostris in quarta positio-
ne fuit probatum.**

Et notorium quod Paupertas, & mendicitas habent latitudinem
plus minus. Quia exempli gratia Cappuccini habent arctissi-
mam paupertatem, quia non possunt quicquam habere in cō-
muni, aut in particulari, nec etiam pro Ecclesijs, vel fabrica,
vt etiam Domus professa Societatis; Obseruantes autem pos-
sunt habere pro Ecclesia, & fabrica. Carmelita Discalceati
non possunt habere in communi pro Domibus professis, sed
bene pro Collegijs, seu Domibus missionum, alij mendicantes
in

In sua fundatione poterant acquirere bona stabilia non ad re-
tinendum, sed vendendum, & post Concilium possunt retinere
bona in communi, & tributa omnes sunt verè mendican-
tes, quia sic declaravit Summus Pontifex, & Sedes Apostoli-
ca ad que solum spectat declarare quibus sit, vel non sit me-
dicans, ergo etiam Collegia Societatis hęc habent bona
in communi, cum declarantur à Papa esse medicantia, in suo
gradu sunt verè mendicantia, imò potest fieri argumentum à
maiori ad minus cum habeant strictiorem paupertatem, quā
habeant multi alij mendicantes, vt supra diximus §. 46.

Circa hanc dispositiuam notandum primo Relatiuum illam sup-
ple Societatem & infra Societatis huiusmodi ex quibus relati-
uis declarat esse mendicantem Societatem in illis terminis &
in illo sensu in quo supra locutus fuerat ad textum in l. pluribus
in principio ff. de verb. obligat. v. c. i. Ro. de i. s. 687. par. secunda
recentior. probatum est in 4. dispositione, supra autem locutus fuerat
de Societate, vt comprehendit omnia illius membra, vt nota-
uimus supra §. 37. cum igitur hoc loco declarat illam Socie-
tatem, & huiusmodi Societatem esse mendicantem, vtique se-
quitur, quod intelligit de tota Societate indistinctè ac si de
omnibus illius membris non solum domibus professis, sed etiā
domibus probationum, & collegijs.

Hoc adeo verum est, vt illa Bulla aliter omnino intelligi non pos-
sit, alia constitutio sibi non cohereret, & in narratione vnā
proponeret Societatem, in dispositiua de alia disponeret, nec
posset fieri illatio de vno ad aliud, vnum poneretur in anteceden-
tenti, aliud in consequenti, quæ omnia sunt absurda.

Imò sequerentur alia absurda primo, quod vna & eadem Socie-
tas esset simul de ordine mendicantium, & non mendicantiū,
vna autem Religio, non potest esse diuersorum ordinū Clem.
prima de elect. cap. Recolentes S. ceterum de statu Monachorum,
quia tunc non esset vna, sed multiplex. cap. loquitur Dominus,
24. q. 1. quod esse non potest maximè, quia mendicantes dif-
ferunt specie à non mendicantibus cap. varrè in principio de Re-
lig. dom. in 6. Clem. vt possessores & ibi glo. in verb. quoslibet de re-
gularibus, & esset corpus monstruosum, & diffocietas magis,
quam Societas, & nihilominus ex professis Coadiutoribus, &
scholaribus vnum fit Corpus Societatis in Constit. par. 2. cap. 1.
§. 1. littera A. ergo omnes personæ Societatis sunt mendican-
tes, vel nullæ, quod est falsum.

Sed ad tollendum omnem scrupulum dato non concesso, quod

§. 58.

Societas vt com-
prehendit etiam
Collegia est men-
dicans.

§. 59.

De coherencia
Bullæ Pij V.

§. 60.

Absurda quæ se-
quantur ex inter-
pretatione ad-
uocatiuorum.

§. 61.

Alia responsio ad
Interpretationē
Aduersariorum.

in priori §. non nominentur, nec intelligantur Collegia, sed
tantum in secundo, dicimus eade factum fuisse, quia in primo
§. declarat Pontifex, quoniam sint mendicantes, & quia men-
dicantia, & paupertas, non predicatur de rebus in animatis, sed
de personis, Collegia enim, & Domo sunt quid materiale, &
insensatum, vt ait Baldus in *Autent. impress. nu. 55. C. de sacros.
Eccles.* ideo ibi solas personas nominant, non autem Colle-
gia, aut Domo professas, in secundo autem §. declarat quoniam
fruantur priuilegijs, & quia priuilegia non solum sunt persona-
lia, sed etiam realia, & conueniunt, non solum personis, sed
etiam rebus *cap. 1. 2. & per totum 25. q. 2.* ideo in secundo §. vi-
tra personas nominat etiam Collegia, & Domo.

§. 62.
Omnes persone
Societatis sunt
mendicantes.

Secundo notandū est Papam declarare singulas personas Societatis esse mendicantes. Vnde per consequens comprehendit, non solum Patres in domibus Professis existentes, sed etiam Scholares in Collegijs, & Nonitios in Domibus probationum, quæ omnes sunt persone Societatis componentes Domum, & Collegia, & ponderetur illud vniuersale distributum singulas, quod ex sui natura, ita includit omnes, vt ne vnus quidē censetur exclusus *cap. cum in causis, & ibi 10. Andr. nu. 5. de electione.*

§. 63.
Scholares Colle-
giorum sunt per-
sonæ Societatis.

Et sanè de personis Collegiorum, non est vlla dubitatio, quod sint persone Societatis, quia cum habeant tria Vota simplicia & substantialia Religionis sunt verè & propriè Religiosi, etsi deficerent à Religione Apostata essent, vt declarauit Gregorius xiiij. in sua Constitutione: *Quanto fructuosius*, cum prohibitione expressa, ne à quoquam hoc in controuersiam deduci possit,

§. 64.
Collegium con-
stituitur non ex
muris sed ex scho-
laribus.

Si igitur persone Societatis in Collegijs existentes sunt verè mendicantes quomodo quælo Collegia ipsa mendicantia non erunt? Certum est, quod Collegium est, vbi Collegiales existunt, sicut Capitulum, vbi Capitulares; non enim pro Collegio intelliguntur muri, & parietes, duo enim faciunt Congregationem & tres faciunt Collegium. *cap. 1. vbi glos. de electione & diffusè pro hac parte in quarta positione fuit probatum in l. 4. C. de Collegijs illicitis, & innumeris ibi cumularis.* Vnde mirum valdè quod in quartis responsionibus aduersarij admittant Collegiales esse mendicantes, & non Collegia, & tamen litem habent cum personis, & non cum Collegijs, & hoc de solo suo capite dicunt, & nullum authorem, nullam afferunt autoritatem, & nos nihilominus, in tertia, & quarta positione maximam authorum molem deduximus, qui non solum Societate

In communi, & Domo professas in particulari, ac omnes personas dicunt esse mendicantes; sed singulariter ipsa Collegia vti in eisdem positionibus est videre.

Sic concedimus quod prædia, vel muti mendicantium dicantur, non mendicantia, licet personæ sint mendicantes, & sic quod Collegia non sint mendicantia, licet tales sint Collegiales; sequitur, quod nullus Conuentus Predicatorum, Carmelitarum, Augustinianorum, aut alterius ordinis mendicantis erit mendicans, quia licet Predicadores, & alij, ibi degentes sint mendicantes, nihilominus, cum habeant annuos redditus, eorum Conuentus, seu prædia &c. non erunt mendicantia, & sic licet omnes præfati à decimis sint exempti, eorum tamen Conuentus ad decimas soluenda essent obnoxij quod est abiurdum.

§. 65.

Argumentum quod sequeretur ex dicto Aduersario.

Non obstat igitur, quod Collegia dicantur habere bona, quia præterea, quæ diffusè adducta sunt in quatuor præcedentibus positionibus ex hoc loco sic arguitur, sicut Scholares componentes Collegia Societatis vti personæ Societatis declarantur verè mendicantes licet adhuc habeant ius retirendi dominiū ad nutum superioris. Nota Rom. in Bononien. successionum de *Legis eorum R.P. D. Bichio data in 3. positione in responsionibus.* ita, & magis Collegia ipsa, licet habeant redditus, cum non habeant ius aliquod, nec dominium, nec administrationem, quia dominium est penes Ecclesiam vniuersalem, administratio autem penes Præpositum Generalem, vt diximus abundè in informationibus præteritis, nihilominus hoc non præiudicat paupertati, ac mendicanti illorum.

§. 66.

Argumentum à Collegialibus ad Collegia.

Tertio notandum est Papam penes quem residet autoritas declarandi naturam mendicitatis constituentem Religionem Mendicantem, declarare Societatem, & eius singulas personas esse vere, & non fictè mendicantem, & mendicantes quod denotat proprietatem naturalem, & non accidens aliunde proueniens nempe per communicationem, est enim, ac si Papa diceret Societatem, & eius personas esse ex natura propria mendicantes, non autem per solam participationem & communicationem aliorum mendicantium.

§. 67.

Verè, & non fictè

Veritas enim & fictio æquipollent verbis propriè, & non propriè, vt ex Bald. in l. siue possidets 16. num. 12. v. respondeo C. de probat. in 4. positione probarunt nostri.

Quarto. Notandum est illud fuisse esse, & fore in quibus verbis comprobatur totum, quod dicimus nempe hanc Bullam esse declar-

§. 68.

Societas erat antè Bullam Pij, V. mendicans.

declaratiuam eius, quod erat, non concessiuam eius, quod non erat, quia si Societas erat mendicans ante hanc Bullam non acquirit, nec ei communicatur mendicitas; si enim esset noui iuris, vt priuilegij inda sua, non respiceret prateritum *c. fio. de constit. l. leges la 2. c. de legibus*, & verbum esse substantiuum denotat ipsam Societatem ex natura propria & per substantiam esse mendicantem, vt ex doctrina Baldi in *conf. 374.* & aliorum doctum fuit ab hac parte in tertia positione, & ex eodem Bald. *conf. 343.* idem verbum significat constantiam, & firmitudinem, vt in quarta positione nostrorum.

S. 69.
Priuilegia mendicantium competunt Societati

Hoc sic stante, sequitur postea per necesse Societatem & personas illius debere inter ceteros mendicantes connumerari, et eis competere omnia priuilegia ceteris mendicantibus competentia, hoc inquam sequitur ex consequenti non enim Papa tunc concedit illis priuilegia mendicantium, sed declarat priuilegia ipsa locum habere in societate illiusque Domibus, Collegijs, Preposito, ac aliis religiosis.

S. 70.
Obiectio Adversariorum, quod in principio Bullae non nominatur Collegia.

Ex quibus omnibus tollitur equiuocatio DD. ex aduerso scribentium inquit enim Papam in hac dispositiua duo facere, primo declarare Societatem in communi, & Domus Professas in particulari esse mendicantes, nempe in §. antecedenti; secundo vero concedere toti Religioni, etiam Collegijs priuilegia mendicantium, hoc est in presenti §. & ideo in priori non erant nominata Collegia. quae bene nominantur in presenti.

S. 71.
Responso, quod nec etiam Domus professae in principio sunt nominatae.

Respondetur enim primo, quod haec non est concessio noua priuilegiorum, sed declaratio, quod Societas priuilegia ista iam habebat per illud verbum locum habere; deinde supra Societas sumpta est in concreto vt continens; tam Domos Professas, quam Collegia, vt supra §. 58: ex illis verbis relatiuis *illam, & huiusmodi* notauimus; secundo, quod supra, nec etiam nominatae sunt Domus professae, & tamen non est vlla dubitatio de illis, nec potest dici non fuerunt in priori §. notatae Domus professae igitur non sunt Mendicantes & huic argumento responsum est abundanter supra §. 59. & sequentibus.

S. 72.
Probatio praecedentium ex copulatiua Ac.

Quod etiam probatur ex illa copulatiua *Ac* posita inter vtrumque §. & simili posita paulo ante *ac propterea &c.* si quidem annectendo vnum alteri inuincit necessariam sequelam vnius ad alterum & frequentia determinata determinant antecedentia, indeterminata ad tradita per Bald. in *Legatorum petitio 34.* §. *qui plures num. 1. sed iure de legatis secundo* adducitur in quarta positione a nostris.

Et notetur illud & alijs Religiosis, quod est similis particula de qua supra §. 62. & 63. Si enim Scholares sunt Religiosi, vt declarauit Gregorius XIII. supra allegatus, ergo priuilegia mendicantium illis competunt ex natura propria, & illa habebant de tempore huius Constitutionis, & sic per hanc Constitutionem non acquiescunt, quid noui, quod non haberent, sed tantum fuit declaratum ipsos habere ex natura propria, quod apud aliquos ambiguum erat, & poterat incontrouersiam reduci.

Nec prateratur illam particulam Præposito, ac Societati, & omnibus illius personis Domibus, ac Collegijs, quæ est declaratiua eius, quod dicimus, & etiam eius, quod diximus, supra §. 62. & statim reperitur, ita quod Societas, Domus, Collegia Præpositus, & personæ huiusmodi.

Et nihilominus, quod præfata cuncta non sunt solum concessa, & communicata, sed ante hanc Bullam Societati, & personis illius Domibus, ac Collegijs competisse declarat idem Pontifex dum ait omnibus his priuilegijs antea potuerint, & nunt, ac futurum possent, vt supra etiam notauimus §. 68. in illis verbis fuisse esse, & fore.

Et quod hoc illis competat ex natura propria adhuc clarius declaratur per sequentem clausulam in omnibus, & per omnia non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æque priuilegiatè ab ãque alia prorsus differentiã.

Quod etiam declaratur ex clausula quorum omnium; & singulorum tenores &c. posita superius quæ hic magis explicatur, dum subiungit, Perindè, ac si Societati Præposito personis, Domibus, ac Collegijs nominatim, ac specialiter concessa fuissent; igitur si alij mendicantes habent priuilegia, etiam cum derogatione cap. nuper sequitur, quod sic competunt Societati, ac Collegijs tamquam si nominatim illis concessa fuissent, &c.

Sed dato non concesso, quod priuilegia haberent Partes Societatis IESV, seu scholares Collegiorum solummodo in vim huius Bullæ, non ex hoc sequitur, quod carent priuilegio consuetudinis immemorabilis competente ceteris Medicantibus, licet dicant aduersarij, quod per hoc non tollitur dispositio, cap. nuper, cum sit conciliatis.

Respondetur enim, quod hoc priuilegium de quo loquimur non est priuilegium scriptum, sed consuetudo legitima præscripta, & immemorabilis in qua non est necesse derogare, cap. nuper, nec

S. 73.
Ex Bulla Pij V. nihil noui acquiescunt Collegia.

S. 74.
Omnes de Societate sunt medicantes.

S. 75.
Priuilegia competebant Societati ante Bullam Pij V.

S. 76.
Ex natura propria.

S. 77.
Quorum tenores &c.

S. 78.
Obiectio, quod communicatio priuilegiorum non derogat. c. nuper.

S. 79.
Consuetudo non est priuilegium scriptum.

§. 80.
Clausulæ effrenatæ derogant his quæ speciali nota digna essent.

nec alicui alteri dispositioni, cum consuetudo Immemorabilis sit quæ super eminentis continens in se omne priuilegium, & omnem titulum. Vnde allegans consuetudinem Immemorabilem potest allegare, etiam derogationem *cap. nuper*. Vterius etiam non esset seruo de consuetudine, sed de sola communicatione priuilegij scripti clausulæ huius Bullæ sunt adeo effrenatæ, vt etiam continent derogationem Capituli Conciliaris, licet habeat necessariam magis specificam, & indiuiduam derogationem; vnde ait Papa omnia, & singula quæcumque, quocumque, & qualiacumque sint etiam speciali nota digna &c. etiam motu proprio &c. etiam consistorialiter &c. etiam per modum extensionis, seu communicationis quibusuis ordinibus Fratrum & Sororum mendicantium &c. quæ clausulæ amplissimæ vim habent derogandi his quæ speciali nota dignæ essent, vt late probat Mandosius in tract. de priuilegijs ad instar q. 4. nu. 8. & alij cumulati pro hac parte in positionibus præteritis.

§. 81. Et nihilominus si aliqua difficultas esset in communicatione Pij Quinti; quod negatur, omnino tollitur per Bullam Pauli V. die 4. Septembris 1606. quæ incipit *quantum Religio*, & datur in necessarijs *nu. 3.* vbi post Instituti confirmationem denuo concedit Societati priuilegia exemptiones Immunitates &c. quæ fuerunt concessæ ipsimet specialiter, vel per communicationem, cum hac tamen limitatione *saluis litteris pte memoria Leonis Papa XI. etiam prædecessoris nostri super Decimis emanatis* ex qua exceptione restricta ad terminos litterarum Leonis Confirmatur regula in contrarium de omnibus, quæ sunt extra dictos terminos litterarum Leonis et per consequens habet Societas communicata omnia priuilegia aliarum Religionum super Decimis dummodo non obstant literis Leonis, sed iam visum est in prima inspectione, quod litteræ Leonis non tollunt, imo præseruant consuetudinem aliorum mendicantiû non soluendi decimas. ergo talis communicatio est à Paulo V. confirmata.

§. 82. Et hæc etiam Bulla Pauli V. habet clausulam quorum tenores &c. nec potest impugnari, aut dici quod impediatur operare suum effectum ex difficultate concessionis, vel ex defectu intentionis, vel ex eo, quia de decimis, non facta aliqua mentio, vel quia Papa non habuit scientiam, vel tandem quia adhibita causæ cognitio non fuit in terminis *Valentina Decimarum coram Lancellostro penes Tamburinum de Iure Abbatum l. c. ff. 89. tom. 3.*

nām istæ obiectiones in casu nostro tolluntur , quia intentio Pontificis communicandi privilegia Decimarum satis probatur ex dicta exceptione; sicuti etiam mentio de decimis, scientia verò, & cognitio causæ adhibita ostenditur ex alia clausula inferius posita, ibi, *Decernentes easdem presentes, nullo unquam tempore etiam ex eo quod causa propter quæ emanarunt prius examinata, verificata, & approbata non fuerint, aut ex quouis alio capite, vel pretextu, aut alia quacumque quantumvis legitima, & iuridica causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, alio quouis defectu impugnari &c. fore, & esse, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, verum etiam ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit inuiolabiliter obseruari.*

Coronidis loco in hac quinta positione replicamus concordiam cum Capitulo nunquam fuisse reiectam: DD. ex aduerso scribentes defectum huic parti adscribunt, & pro verificatione damus libellum pro parte Prouinciæ Capitulo mensibus elapsis oblatum *Summ. num. 4.* cui tamen à Capitulo nulla prorsus fuit data responsio nedum consensus.

Quare &c.

§. 83.

Concordiam PP. nunquam reiecerunt.

Io. Naldus.

R. P. D.
CORRADO

Hispaleñ Decimarum.

P R O

Veñ Collegijs Societatis I E S V.

C O N T R A

Capitulum.

De Mendicitate Collegiorum in Litteris Pij V. declarata.

**Quinta Iuris,
& Facti.**

**ROMAE, Ex Typographia
Reu. Can. Apost. 1647.**

Superiorum: permisso.